

1
h 11

M V S A R V M

G R A T V L A T I O ,

Celebrata

In honorem illustris & ge-
nerosi Domini Ioannis Christophori,
BARONIS à Tschernembl, cum Academiæ
Altorphianæ Rectoratus ei com-
mitteretur.

Excepta

A

M I C H A E L E V V I L L E -
brochio, Pragenſi.



N O R I B E R G A E .

1519 XIXC.

Postissimo dñ: Theophilo Richio Sc.



Vcifer ut nitida cœli statione recedens,
Ultimus Oceani tumidas properavit ad undas:
Continuò, tristis qua tempora discutit umbra,
Purpureis formosa genis, AV R O R A refulxit.
Currus erat variis gemmis distinctus, & auro,
Lumine chrysolithi clarusq; clarusq; smaragdo:
Luce colorati crocea, per colla capilli
Pendebant: quos ut Dea vecta per aetheris orbem
Explicit, pañim similis color extitit igni.
Interea currus, genitor Phaëtonis adornat,
Jungit equos, sedet & laxas assumit habenas,
Atq; gradu celeri petit ardua castra sororum:
Hisce salutatis ex ordine suaviter, inquit:
Nuper ut octipedis per terga calentia Cancri
Carpo viam, & nigros solita ratione saluto
Æthiopes: alis circumdata FAMA per auras
Transit, & ad nos referens vestigia vultus
Talia verba sonat: Magni Jovis alma propago,
Nuncialata fero: Schola quam tibi Noricaberga
Instituit, sanctè tua Numinis, teq; celebrans,
Munera, more suo, Regis mutavit, at illa
Transtulit juvenem, quem stirps Tschernemblia claro
Patre dedit: pietas & sancta modestia morum
Quem manet: huic vestris occurrite, vota ferentes

Versibus. Optaram mihi laurea sertā parari
Pro radiis, mittiq, chelyn plectrumq, lyram ve
Pro loris : sed lex Jovis obstitit alta, volenti.
Quid facerem? solito cursu, sed squallidus orbem.
Perficio : dederat donec sua lumina Phœbe.
Dixit, & arrepta ludens testudine, lauro
Cinctus, tale sacro cecinit de gutture carmen:
Munere cen C E RERIS, tenui rosa stipite surgens,
Præcellens foliis, viridi comparet in horto,
Clara colore viget, fragrantem præstat odorem:
Sic Jovis arbitrio, qui suscipis ampla supremi
Munera R E C T O R I S, T s C H E R N E M B L O patre Ioannes
Edite, præclarus forma, gravitateq, morum
Magnus, in aspectum subis, ut virtutis imago
Te contemplantes, non ad fumantia Bacchi
Castra, nec ad Veneris, vanive Cupidinis aulam,
Sed (quod præclarum est) ad celsa palatia montis
Pierii revocas: Hinc o tete, decus ingens
Aonii cætus, celebrant mea labia: summi
Rexq, deusq, poli, cui soli subdita Regum
Atria, cui superi, & sylvestria Numinia parent,
Quicquid & Oceani patulus complectitur orbis:
Iuppiter, officium bene prosperet, adjuvet, ornet,
Magnificum: tua corda regat, foveatq, calore

Cœlesti,

Cœlesti, sic ut facilis sub tramite recti
Semper eas, virtutis amans aquiq_s, boniq_s:
Vtq_s per innumeras ducens tua tempora messes
Perpetuò cultor mihi sis, nostræq_s ceteruæ.
His ubi finitis Citharam resonare vetaret,
Tum Clio vicina canens, sic labra resolvit:
Nestoris o annis dignissime, clara parentis
Magnifici soboles: cuius Dea Cynthia mentem
Rore pudicitia conspersit, & ora rubore
Cinxit: & ingenii præses, Jove nata, Minerva
Lucida cui sacri porrexit pocula fontis,
Oflos statum: tibi quid felicius unquam
Contigit, aut quidnam poterit contingere majus?
Non ita divitiae Crœsi, nec bellica Martis
Turba feri, nec Sisyphio de sanguine nati
Arma tibi decori sunt, quam data Sceptra Lycae.
Hinc tibi lata canit mea tibia, teq_s celebrem
Nomine virtutis, versu cantare perenni
Promittit, longas & dilatare per oras.
Hac Clio brevibus resonabat, at altera vultu
Candida, Melpomene modulamina talia promisit:
Luna suo nescit noctis penetrare tenebras
Lumine, & ad totam vires convertere terram:
At quando est Phœbi radiis adjuta, domorum,

Aurea tecta facit, valles contingit et imas :
Sic schola Rege carens, non ullis cognita terris
Esse potes, sacri nec limina tangere montis :
Ast ornata bonis jam legibus, insuper ampli
Rectoris sceptro subjecta, per oppida mille
Diceris, et docto celebraris ab ore virorum.
Faucibus extollit te tota Britannia plenis,
Te cupit, et fructus ex te miratur amatq;
Arva Polonorum resonant te laudibus, immo
Pignora non dubitant tibi credere clara parentum :
Austriaca laeto cantant te carmine turbæ,
Quicquid et Oenus habet, quicqd mare, Rhenus et Ister,
Te canit : Oigitur favet tibi casta scholarum
Sponsa diu : Regiq; tuo non ferrea tantum
Arma ferat : sed et ingenii firmare vigorem
Dignetur : Vix hac bene dixerat illa, Thalia
Talia verba statim lascivo protulit ore :
Quid precer? O juvenum splendor, spes ampla parentum,
Quæ tibi dona feram? Non sunt argentea nobis
Munera, non auri fulgentis pondera, dona
Quæ damus, hac nostræ sunt dulcia carmina vocis :
Nomina quæ multis mandant Heroica Janis,
Et per Cumæa deducunt tempora Nymphae.
Talia portotibi : Sed cur ita? Namq; labore

Mirifico

Mirifico scopulos Heliconis scandere & arcem.
Cupidis extremam, semper tetigisse studebas.
O utinam lucis dator hanc cito proferat horam,
Qua tua nos viridi cingemus tempora serto.
Plura locuturam Phœbus prohibebat: at illa
Paruit: Hinc reliquas sic est affatus: Amica,
Vergit in occasum coniux Tithonia cursu
En celeri, restat nobis mora nulla canendi.
Tum laurum removens radiantia lumina fronti
Imposuit: iussisq; valere, per ardua montis
Pellit equos: ac Oceani progressus ab undis
Culmina Parnasi colluстрat, & aquora, campos.



